



Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Thomæ A Kempis Can. Reg. S. Augustini. De
Imitatione Christi Libri Quatuor**

Thomas <von Kempen>

Augustæ Vindel., 1772

Caput XVI. De sufferentia defectuum aliorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45780](#)

C A P U T XVI.

it. De sufferentia defectuum aliorum.

& et. Quæ homo in se, vel in aliis
alilis in emendare non valet, debet
pes patienter sustinere, donec Deus ali-
atis iter ordinet.

Cogita, quia sic forte melius est
char pro tua probatione & patientia, sine
n quæqua non sunt multum ponderanda
iam imerita nostra.

Debes tamen pro talibus impedimentis supplicare: ut Deus tibi dignetur subvenire, & possis benigne portare.

2. Si quis ferre, aut bis admonitus non acquiescit, noli cum eo contendere; sed totum Deo committ o fonte, ut fiat voluntas ejus, & honor in quin omnibus servis suis, quia scit babilite mala in bonum convertere.

Stude patiens esse in tolerando aliorum defectus, & qualescumque infirmitates; quia & tu multa habes, quæ ab aliis oportet tolerari.

C

Si

CA

Si non potes te talem facere, quam
vis; quomodo poteris alium ad
tuum beneplacitum habere?

Libenter volumus alios esse perfe-
ctos, & tamen proprios non emen-
damus defectus.

3. Volumus, quod alii stricte cor-
rigantur, & ipsi corrigi nolumus.

Dispicet larga aliorum licentia, &
tamen nobis nolumus negari, quod
petimus.

Alios restringi per statuta volu-
mus, & ipsi nullatenus patimur am-
plius cohiberi.

Sic ergo patet, quam raro proxi-
mum sicut nos ipsos pensamus.

Si essent omnes perfecti, quid
tunc haberemus ab aliis pro Deo pati?

4. Nunc autem Deus sic ordinavit,
ut discamus alter alterius onera por-
tare: quia nemo sine defectu, nemo
sine onere, nemo sibi sufficiens, nemo
sibi satis sapiens: sed oportet nos in-
vicem portare, invicem consolari,
pariter adjuvare, instruere, & ad-
monere.

Quan-

qua
m. ad Quantæ autem virtutis quisque
fuerit, melius patet occasione adver-
sitatis.

perfe
cemen
e cor
us. Occasiones namque hominem fra-
gilem non faciunt; sed qualis sit,
ostendunt.

C A P U T XVII.

De Monastica vita.

1. Oportet, quod discas te ipsum
in multis frangere, si vis pa-
cem & concordiam cum aliis tenere.

Non est parvum in monasteriis,
vel in congregazione habitare, &
inibi sine querela conversari, & us-
que ad mortem fidelis perseverare.

Beatus, qui ibidem bene vixerit,
& feliciter consummaverit.

Si vis debite stare & proficere, te-
neas te tanquam exulem, & peregri-
num super terram.

Oportet te stultum fieri propter Chri-
stum, si vis religiosam ducere vitam.

2. Habitus & tonsura modicum
confert: sed mutatio morum, & in-

C 2 tegra